



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Baconi Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S. Albani, Summi Angliæ Cancellarii, Opera omnia, Quæ extant: Philosophica, Moralia, Politica, Historica ...**

**Bacon, Francis**

**Francofvrti ad Moenvm, 1665**

Franciscus De Verulamio Sic cogitavit; Talemque apud se rationem instituit, quam Viventibus & Posteris notam fieri, ipsorum interesse putavit.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10497643-5**

## FRANCISCUS

De  
VERULAMIO

Sic cogitavit;

Talemque apud serationem instituit, quam Viventibus &  
Posteris noram fieri, ipforum interesse putavit.

Cum illi pro comperto esset, Intellectum humanum sibi ipsi negotium facessere, neque auxilium veris (qua in Homine potestate sunt) uti sobrie & commode, unde multiplex Rerum Ignoratio, & ex Ignoratione Rerum detrimenta innumera: omni ope connitendum existimavit, si quo modo commercium istud Mentis & Rerum (cui vix aliquid in terris, aut saltem in terrenis, se ostendit simile) restitui posset in integrum, aut saltem in melius deduci. Vt vero errores qui invaluerunt, quique in aeternum involuturi sunt, alitpost alios (si mens sibi permittatur) ipsi se corrigere, vel ex vi Intellectus propria, vel ex auxilio atque admunculis Dialectica, nulla prorsus suberat spes, propterea quod Notiones Rerum prima, quas Mens hausit facile & supina excipit, recondit, atque accumulat, unde reliqua omnia fluunt vitiosa sunt, & confusa, & temere à rebus abstracta, neque minor sit in secundis & reliquis libido & Inconstancia. Ex quo fit, ut univcrsa ista ratio humana, qua utimur quosdam Inquisitionem Natura, non bene congesta & edificata sit, sed tanquam moles aliqua magnifica sine fundamento. Dum enim falsas mentis vires mirantur homines & celebrant, Veras ejusdem qua esse possunt, si debita ei adhibeantur auxilia atque ipsa rebus motigera sit, nec impotenter rebus insulset, praeferunt & perdunt. Restabat illud unum, ut res de integro tentetur, melioribus praesidiis, utque fiat Scientiarum, & Artium, atque omnis Humana Doctrina, ipso videretur restauratio, à debite excitata Fundamentis. Hoc vero licet Aggressu infinitum quiddam videri possit, ac supra vires mortales, tamen idem tractatu sanum invenietur ac sobrium, magis quam ea qui aubuc facta sunt. Exitus enim huius rei est nonnullus. In iis vero, qua jam sunt circa Scientias, est Vertigo quadam, & Agitatio perpetua, & Circulus. Neque enim fugit, quanta in solitudine versetur hoc Experimentum, & quam durum & incredibile sit ad faciendam fidem. Nihilominus, nec rem, nec se ipsum deserendum putavit, quin Viam, qua una Humana Menti per via est, tentaret atque Iniret. Praestat enim Principiū dare Rei, qua Exitū habere possit, quam in iis, qua exitum nullum habent, perpetua contentione & studio implicari. Via autem Contemplativa Vitae illis activis decantatis fere respondent; ut altera ab initio ardua & difficilis, desinat in apertum; altera primo intuitu expedita & proclivis, ducat in avia & precipitia. Quam autem incertus esset, quando hac alicui posthac in mentem ventura sint; eo potissimum usus Argumento, quod neminem hactenus invenit, qui ad similes cogitationes animum applicuerit, decrevit prima quaque, qua perficere licuit, in publicum edere. Neque hac festinatio ambitiosa fuit, sed sollicita, ut si quid illi humanitus accideret, extaret tamen Designatio quadam, ac destinatio Rei quam animo complexus est, ut que extaret simul signum aliquod honeste suscipere propensa in Generis Humani Commoda voluntatis. Certe aliam quamcumque Ambitionem inferiorem dixit Re, quam praemanibus habuit. Aut enim hoc quod agitur, nibil est, aut tantum, ut merito ipso contentum esse debeat, nec fructum extra quarere.



Imensis JOH BAPTISTE SCHÖNWEITTE

Anno c1812

SERE-

M